

2
DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
CAVSSIS *1773/6*
STERILITATIS NON ABSOLVTIS
IN VTRQVE SEXV

3
QVAM

CONSENSV GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

PRO

G R A D V D O C T O R I S
SVMMISQUE IN MEDICINA HONORIBVS

E. T.

PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE IMPETRANDIS

D. XV. MAII MDCCCLXXIII.

H. L. Q. C

P V B L I C E D E F E N D E T

A V C T O R

IOANNES HENRICVS ECKHOFF
CVRONVS.

HALAE AD SALAM

A E R E H E N D E L I A N O.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
998
999
999
1000



2

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

DE

C A V S S I S
STERILITATIS NON ABSOLVTIS
IN VTROQVE SEXV.

I N T R O I T U S.



§. I.

D e materia pro specimine inaugrali sollicitus,
praecipuas sterilitatis caussas mihi pertra-
ctandas sumsi. Sed istae caussae in duas
possunt classes dispisci: sunt nempe, quae corpori humano

A 2

talem

talem inducere possunt mutationem, qua negotium generationis omnino et absolute impossibile redditur, ita, ut cum nullo auxilio tolli queant, sterilitatem absolute necessariam, semperque perdurantem producant: aliae contra ea sterilitatem quidem inferant, at medelam non omnem responentes ad tempus tantum, si in se spectentur, nocent, efficiuntque modo, ut per aliquod tempus in propaganda sobole opera ludatur. Illas *absolutas*, has *non absolutas* sterilitatis caussas dicam. Caussarum absolutarum disquisitionem, ob temporis & paginarum angustiam, hic non attingere lubet. Sed tantummodo in tractione caussarum non absolutarum vires meas experiri mecum constitui. Hos meos igitur labores B. L. ea considerare velis indulgentia, quae debetur studiorum meorum primitiis.

S. II.

Antequam autem de sterilitatis caussis disputationem, tractationis ordo postulat, ut huius morbi notionem praemittamus. Est igitur Sterilitas, *Impotentia sobolem procreandi ex corporis vitio enata*. Vnus quisque enim facile perspiciet, ad hunc actum naturalem subiecta requiri, quae:

quae legitima aetate gaudent; hinc neque nimis tenera, neque etiam aetate nimis prouecta esse debent. Prono inde fluit alueo, quod nec infantes, nec senes decripiti, iure possint dici steriles. Sterilitas autem in *Impotentiam* et *sterilitatem* stricte sic dictam diuidi potest. Impotentia coeundi enim, *impotentiam proprie dictam*, potentia autem foecundum congressum exercendi, *sterilitatem stricte ita dictam* sicut.

§. III.

Cum etiam ad obtinendum matrimonii primarium finem, maris & foeminae mutuus congressus venereus necessario requiritur: caussas sterilitatis in utroque sexu haerere posse, nemo negabit. Ordini igitur magis consentaneum esse existimauit, harum caussarum disquisitionem in duas dispescere sectiones.

S E C T I O P R I O R.

D E

CAVSSIS STERILITATIS NON ABSOLV-
TIS IN SEXV FOTIORE.

§. I.

Coitus, qui ad marem pertinet foecundus, legibusque sanitatis respondens, duo sibi, quod fatis notum est, momenta vindicat; quorum *alterum*, est voluptuosa, sufficiens, fatusque diu durans penis erectio, *alterum* vero in seminis foecundi impetuosa in uterum vaginamque eiaculatione consistit. Quae vero cum ita sint, sequitur, virilis impotentiae caussas ad duas posse classes reuocari. *Vna* illas comprehendit, quae conuenientem penis erectionem impediunt; *altera* eas complectitur, quae viuidae semenis foecundi in uterum vaginamque emissioni officiunt. Vtraque igitur ulterius indaganda erit.

§. II.

Erectio penis sanguini debetur in cauernofam penis structuram effuso, ibidemque congesto retentoque. Hunc autem fere inflammatorium virgae virilis statum nerui genitalium efficiunt, qui, idea voluptuosa feminisque stimulo sollicitati, sanguinem non alliciunt solum, sed etiam refinent. Itaque penis rigescere nequit, quando *vel* sanguis aut semen de-

V-
ue
en-
fa-
pe-
tit.
as
it,
as
ri-
n-
is
1-
i-
c-
1-

deficit, *vel* semen iners est, *vel* neruea vis elanguit. Quidquid igitur inopiam sanguinis aut seminis, *vel* huius inertiam inducit, *vel* vim nerueam debilitat, id omne poterit impotentiam virilem producere. Quod etiam confirmabunt ea, quae mox a nobis dicentur.

§. III.

Efferae excretiones, inedia, cibi parum nutrientes, ventriculi ac viscerum debilitas et laesio, vigiliae diuturnae, immoderata mentis corporisque exercitia, morbi graues, inopiam sanguinis efficiunt. Nam, ne legitima sanguinis copia corpori nostro desit, oportet, ut caussae, eius praeparationi inservientes, illaeque, quae eundem fere continuo diminuunt, in aequilibrio quasi quodam constitutae sint. Atqui praeparando sanguini inserviunt, copia ciborum potuumque; nutriend eorum indoles; robur corporis, liquida ipsa humana ingestis adfusa. Consumunt vero eum: excretiones et necessaria solidorum nutritio. Igitur si *vel* illa decrescant *vel* haec increcent, inopiam sanguinis inequae oportet. Quae propositio, si accommodetur caussis, in limine paragraphi editis, has inopiam sanguinis producere debere, manifeste euincit.

§. IV.

Quare eadem caussae (*§. antec.*) sterilitatem virilem inducere possunt (*§. II.*). Cum tamen, si generatim specentur, vim artis non omnino eludent: sequitur, *sterilitatem virilem,*
quae

quae earum praesentiam excipit, in vniuersum consideratam, eam esse quam non absolutam diximus. (Praef. §. I.)

§. V.

Inopia seminis ab iisdem caussis (§. III.) oboritur; si quidem notum est, id liquidum sanguine secerni, cuius igitur quantitati respondeat necesse est: atramen, cum semen vnum e praestantissimis sit corporis humani liquidis, quod et exquisita elaboratione et abundante nutrientis lymphae quantitate indiget, sequitur, eius ab istis caussis inopiam tanto facilius inferri. Quo respectu compressio imprimis et obstruc*ti*o vasorum spermaticorum testiunque notari merentur. Nam cauis vasorum secernentium et secretiorum his elisis, fieri aliter non potest, quin liquidi secernendi inopia sequatur. Quam ob caussam *Hydrops*, praeципue *Hydrocele*, *Hernia*, *Scirrhi*, hisque similes tumores inopiam seminis efficere possunt. Quod etiam experientia saepius edocuit.

§. VI.

Inopia seminis impedit, quo minus conueniens penis erectio contingat, vnaque ideo est ex praecipuis sterilitatis virilis caussis. (§. II.) Quare caussae, quas (§. antec.) commoraui, sterilitatem virilem procreare possunt. Sed eadem, si in vniuersum spectentur, non omuem medelam respuunt. Merito ergo caussis virilis sterilitatis non absolutis accessentur. (Praef. §. I.)

§. VII.

§. VII.

Natura feminis est obscura et controversa, igitur vix fieri posse videtur, ut quidquam de eiusdem vi et inertia pronatur, quod extra omnem dubitationis aleam positum sit, exploratisque veritatis adnumerari queat. Attamen cum sensibiles feminis qualitates, quae ab eius essentia pendent, in dubitationem venire nequeant, illis praecuntribus hanc quodammodo et ita definire possumus, ut id, quod profertur, non ab omni certitudine remotum sit. Praeter id, leges secretionis, quas natura in praeparando semine, sequitur, lucem qualemcumque hic adfundunt. Nam si fiat, ut secrecio feminis turbetur: prolificam quoque oportet feminis vim imminui, deleri. Cum denique vesiculae seminales, retinentes semen, simili ratione semen, ac cystis fellea, bilem, mutare debeant; earum quoque virtus vim feminis infringere possunt. Quibus itaque praemissis, in causas, quae semen iners reddunt, inquiramus.

§. VIII.

Tenuitas nimia feminis, actuitatem eius involuit. Nam exploratae veritatis res est, quod semen tenacitate quadam gaudeat. Quodsi igitur contingat, ut id ipsum liquidum nimis attenuetur: vnam, e manifestis eius sensibilibus qualitatibus sublatam esse, cognoscimus. Atqui mutatae huius liquidi sensibiles qualitates innuant, ipsam eius essentiam mutatam esse: (§. antec.) consequenter etiam vim, qua id pollere oportet. Nimia igitur feminis tenuitas vim eius destruet, seu, quod perinde est, id liquidum iners reddet. Addi potest, semen

B

fin-

singulari foetore praeditum esse, qui procul dubio ad prolificam eius vim pertinet. Sed si semen aqua abundante nimium diluatur: fieri aliter non potest, quin foetor iste decrescat. Id vero tanquam signum diminutae eius virtutis considerari potest.

§. IX.

Ergo aquositas humorum, laxitas vasorum seminalium, inopia succorum nutrientium, ipsa seminis celerior excretio, huius inertiae fauunt. Et enim qualitates liquidorum secretorum qualitatibus sanguinis respondent. A sanguine igitur aquoso et tenui, dilutum semen secerni debet (§. anteced.). Porro in Physiologia docetur, tenuitatem vasorum seminalium visciditatem seminis fauere. Atque laxitas vasorum cum amplitudine eorum iusto maiore, connexa est. (§. anteced.) Satis etiam notum est, semen a nutriente sanguinis parte praecipue secerni: in cuius igitur vicem, si eius inopia adsit, aqua facile secedit (§. anteced.). Denique quies seminis, quam in vesiculis seminalibus concipit, viscidum id reddit. Celerior igitur huius liquidi excretio cum eiusdem tenuitate coniuncta esse debebit (§. anteced.).

§. X.

Nec etiam quaevis visciditas, seminis naturae conuenit. Ista enim quae abundantia viscidoue muco deberetur, tota a seminis natura remota est, maxime etiam ob id, quod mucus singulare illud seminis elementum, quod foetorem eius determinat, nimium inuoluit. Quare fieri potest, ut mucosa hu-

humorum visciditas inertiam semenis producat. Quin laxitas vasorum et inopia humorum nutrientium, quas caussas diximus aquositatatem semenis inducere posse (§. anteced.), non minus mucositati semenis fauent. Nam laxa vasa mucum facilius, quam densiora admittunt; inopia vero nutrientis succi id efficit, ut alia sanguinis elementa, hinc mucus quoque vasa seminalia ingrediantur.

§. XI.

Licet semini, cum foetidum odorem spargit, non omnis acrimonia denegari posse videatur, non quaevis tamen ipsi acrimonia est accommodata. Imprimis autem putridum, quod omnem mixtionem adeo peruerit, vi semenis prolificae inimicissimum sit, oportet. Cum vero semen lymphaticis succis merito adnumerari debeat: intelligitur, id putridum, quod lymphae infidet, ad inertiam semenis proferendam aptissimum esse. Quo respectu prae ceteris eminent, *morbis venerei*, ac *scorbutus*. De morbis enim venereis exacte, vt semper solet, ILLVSTRIS DOMINVS NIETZKI, quem ob insignia sua in me merita ad cineres usque pie deuenerabor, euicit, eos in putrido consistere, quod totam humorum lymphatico-serosam massam inquinat (*Elementa Pathologiae uniuersae* §§. MCIX-MCXI). Monuit quoque illustris meus Praeceptor (l. c. §. MCXCIV) totam massam humorum in corporibus scorbuticis putridam tandem fieri. E quibus igitur luculenter apparere iudico, semen virile in utroque morbo infici demum debere, ita, ut omnino soboli procreandae impar euadat.

B 2

§. XII.

§. XII.

Debilitas corporis, si eminenter fuerit, inertiam seminis producere valet. Cum semen enim elaboratissimus corporis humani succis accenseri debeat: sequitur, id, ut recte praeparetur, vi animali non mediocri indigere. Quodsi ergo contingat, ut subiectum quoddam insignem sibi corporis debilitatem contrahat, haec ipsa facile impeditre potest, quo minus semen recte praeparetur. Praeterea debilitas corporis aquositati (§. VIII.), visciditati (§. X.), acrimoniae (§. XI.), laxitati vasorum seminalium (§. §. IX. X.) fauet. Ut ea igitur multiplici ratione vi semen prolificae infensa sit.

§. XIII.

Inertia seminis naturalem conuenientemque penis erectionem impediendo, sterilitatis cauſa esse potest (§. II.), sed cauſae (§. §. VIII – XII.) inertiam seminis producere valent, quod me satis euictum dedisse censeo. Quod igitur sterilitatem virilem inducere queant, dubitari nequit. At enim vero aquositas humorum, visciditas eorum, acritates illorum variae ac debilitas corporis, si in genere considerentur, medlam admittunt. Sterilitas ergo virilis, quae ab istarum cauſarum praesentia depender, non absolute erit. (Praef. §. L.).

§. XIV.

Superaest quarta cauſa, quae erectioni penis aduersa est: vis nerua elanguida (§. II.), cuius cauſae, ut intelligantur, liceat

liceat tantum ad ea prouocare, quae fidelissimae obseruationes nos docent. Et primo quidem vires neruorum insigni saepe ratione decrescunt, si putridum corpori insit, docentibus id febribus malignis (ILL. NIETZKI l. c. §. MDXLVII. n. IV.), et scorbuto (ILL. NIETZKI l. c. §. MCXCVII.). Nascitur quoque neruorum debilitas, si quando *depletio vasorum* obuenit (ILL. NIETZKI l. c. §. D XCIX. n. II.). Postea immoderata neruorum actiones sequitur. Denique eam ab illis caussis proficiet obseruamus, quae relatae ad fibras musculares paralysin producunt. De his autem conf. ILL. NIETZKI l. m. c.

§. XV.

Si iam cum his comparentur ea, quae in §. §. praecedentibus exposita sunt, infinitae fere caussae sunt. Perspicitur quoque plethoram, studia nimia, vigilias, frequentius veneris exercitium prae mature imprimis suscep tum, animi pathemata, praecipue moerorem, terrorem, gaudium excedens, neruorum debilitatem producere valere.

§. XVI.

Vis neruorum elanguida facta sterilitatem virilem effere potest (§. II.). Igitur praedictae caussae (§. §. XII – XV.) caussae sunt sterilitatis virilis. Sed docet experientia, eas vel sponte interdum, vel artis auxilio tolli posse. Quod ergo sterilitatem non *absolutam* potius, quam *absolutam* inferant, fas intelligitur.

B 3

§. XVII.

§. XVII. quae ac ba-mariae capi-

Nec vero sufficit ad coitus exercitium, erectio penis: sed oportet potius eam ita contingere, ut marem ad congressum inciter, seu quod perinde est, voluptuosa esse debet (§. I.). Quaevis igitur penis erectio, quae dolore stipatur, impedire potest, quo minus coitus exerceatur, consequenter etiam foecundus. Merito ergo caussis sterilitatis virilis adnumeratur. Debetur autem multis caussis: arthritidi, nonnullis scabiei speciebus, calculo, gonorrhœa virulentæ, et generatim omnibus illis caussis, quae spasmos doloresque efficere possunt (ILL. NIETZKI l. c. §. CCCCLXXXII.). Sed spasmorum ac dolorum ea est ratio, vt, si in vniuersum spectentur, medlam recipient. Oportet igitur, nos istam penis erectionem *caussis sterilitatis non absolutis accensere.*

§. XVIII.

Officit demum coitui foecundo ea penis erectio, quae, licet conueniens alias sit ac iucunda, non satis tamen diu perdurat (§. I.). Hac enim, ejaculatio seminis vel nimis cita vel nulla subsequitur, in utroque vero casu foecundus coitus contingere nequit. Solet autem istud erectionis vitium ab illis caussis prouenire quas commemorauimus (§. §. XIV. XV.). Quam ob caussam simul cognoscitur, esse eam sterilitatis *caussam non a jolutam.*

§. XIX.

§. XIX.

Alterum momentum generale, quod sibi coitus foecundus in mare vindicat, in eo consistit (§. I), ut scilicet foecundum semen viuide satis in uterum vaginamque eiaculetur. Inopia igitur et inertia seminis, quarum caussas iam exposui, et vitiosa penis erectio, quam non minus considerauit (§. §. II-XVIII.), hoc quoque respectu sterilitatem inducunt. Praeterea hic spestant illa impedimenta, quae corpori maris ita insunt, ut a foemina is admitti nequeat, obesitatis excedentis exemplo. Neque omitti debent urethrae obstructiones aut compressiones, quae impediunt quo minus semen rite ejaculari queat. Igitur carunculae sic dictae venereae, et vehemens praeputii, glandisque inflammatio vel hoc respectu sterilitatem inferre possunt. Cum tamen istae caussae frequentissime ipsis auxiliis cedant, quae rationalis therapia commendat: sterilitas virilis inde oriunda, non nisi ea erit, quae *non absoluta* dicta est. (Praef. §. I.)

SECTIO POSTERIOR.

D E

CAVSSIS STERILITATIS NON ABSOLV-
TIS IN SEXV SEQVIORE.

§. I.

Vt foemina sobolem procreare possit: haec in ea momenta requiruntur; I. Aptitudo ad exercendum coitum, cum illi

illi ipsi, tum viro iucundum; II. Facultas concipiendi: III. sufficiens succorum copia, ne scilicet embryoni aut foetu deficiat humor, quo recte nutriti queat. Videamus iam per quas caussas easdemque non absolutas fieri possit, vt foemina his praestandis impar euadat, ac inepta.

§. II.

Omni dubitatione ea propositio caret, quod ad procreandam sobolem, foecundus magis ac foeminae congreſſus absolute necessarius sit. Quodsi itaque accidat, vt tale foeminae vitium insit, quod impedit, quo minus vir admittatur; coitus omnis multoque magis foecundus exerceri nequit; orieturque sterilitas. (Praef. §. II.). Quare prolapsus uteri ac vaginae: imperforatio vaginae: vagina nimis angusta: eadem a polypo, excrescentiis, tumoribus obſtructa; enorūitas virgæ mulieris aliarumque partium genitalium externalium in vicinitate vaginae ſitarum; tumores earundem partium; excedens denique ventris intumescencia, ab adipе nimis collecto, aut aquis ibidem reſtagnantibus, ſimiliue cauſa enata, sterilitatem efficere poſſunt. Cum rāmen ars non caret auxiliis, tollendis iſtis malis, si in vniuerſum conſiderentur, accommodatissimis: sterilitas inde inducta, generatim ſpectata, non abſoluta erit. (Praef. §. I.)

§. III.

§. III.

Et ista etiam foeminae vitia, per quae coitus dolorificus euadit, soboli procreandae minus conuenit. Nam ad foemina quod spectat, dolorificus istiusmodi coitus, forte ob spasini vehementiam, legitimam conceptionem impedit; in mare autem dolor excitatus conuenienti penis erectioni seminisque auidae electioni officere potest. Quam plurimae vero huius doloris caussae ex §. anteced. perspiciuntur; sed iisdem tamen accenseri debent *exulcerationes vaginae, generatimque vaginae sensilitas*, ob neruorum nuditatem, expansionem, teneritudinem, aut muci, defectum inducta. Facile quoque pater, has sterilitatis caussas non absolutas esse,

§. IV.

Coitus foecundus non in viris solum, sed in femellis quoque definitam humorum congescionem requirit, qua igitur deficiente coitus foecundus existere nequit. At enim vero ista congescio ab idea venerea grataque neruorum genitalia perreptantium titillatione oboritur. Quare omnes caussae, quae plus minus magnam istorum neruorum insensibilitatem producunt, coitum foecundum impedire possunt. De his autem caussis iam constare potest ex illis, quae sect. pr. §. XIV. XV. exposita esse leguntur: his scilicet applicatis ad sexum sequiorem.

C

§. V.

III.



§. V.

Facultas concipendi (§. I.) non uno momento absoluatur. Sed huius accurata recensio, theoriam generationis satis cognitam esse, perspectamque poneret. Quod cum affirmari nequeat: in his tantum acquiescam, quae, ut mihi saltim videtur, in dubium trahi nequeunt. Nouimus, tempore conceptionis corpusculum quoddam, quod *ovum* dicitur, ab ovario secedere, perque tubas ad uterum ferri, post aliquod verò tempus villos ovarii foecundati utero adhaerere, nexumque matrem inter ac *embryonem* efficere ac conseruare. Quae cum ita sint, tria inde possunt, ut puto, conceptionis impedimenta intelligi: defectus ovariorum; oua ex coitu peracto non foecundata; impedita ovi foecundati ad uterum adhaesio. Sed ovariorum defectum hic mitto, cum vim artis eludere mihi videatur, siue nunc is defectus verus sit, siue tantum in eo confistat, ut oua in hydatides, scirrhos, aut similia eiusmodi corpora degenerauerint.

§. VI.

Cum non raro acciderit, ut foetus ovarii ac tubarum obseruati sunt. Sequitur ouuum in ipso ovario foecundari. (Conf. ILLVSTRIS BOEHMERI Praeceptoris mei in aeternum deuenerandi *Observationes anatom. rariores*. Tom. I. II.). Ut vero id fieri queat, ovi ac seminis a viro emissi mutuo contactu opus est. Quidquid igitur impedit hunc contactum, causa erit sterilitatis. Spectat hoc *compressiones ovariorum* ab obesitate, hydrope &c. ut et *obstructiones tubarum*, a quacunque

que demum cauſſa productae; neque non *tubae minus rigidae*, igiturue *infenſilitas foeminae ſub coitu*. Rigidae ſaltim tubae poſt coitum foecundum obſeruatae ſunt, et puto neminem dubitaturum, hunc tubarum ſtatum, aequa ac penis eretto-
nem, ab affluente copiosius ſanguine proferri: huius autem fluidi affluum impedit infenſilitas foeminae. Facile autem in-
telligitur has cauſſas omnes, ſi generatim conſiderentur, non
abſolutas tantum eſſe sterilitatis cauſſas.

§. VII.

Vterus etiam in cauſſa eſſe potest, quare ouum non foecundetur. Nam ſi oſtium eius clauſum ſit, aut vterus ipſe vitioſo ſitu laboret, (vid. ILL. BOEHMERI *Obſeruation. anatom. ravior.* Fafe. VI.) aut is colluuię ſerosa inundatus, ſemen vi-
rile iners reddat, idque retinere nequeat (ILL. NIETZKI §. MLXXVI.): fieri non potest ut ſemen ouum foecunder. Con-
ceptio igitur contingere nequit atque iſtae quoque sterilitatis cauſſae, cum iisdem mederi ars queat, *non abſolutae* tantum erunt.

§. VIII.

Cohæſionem ouuli cum vtero (§. V.) impedit humi-
ditas nimia vteri. Nam cohaefio, quae ſolida inter corporis humani intercedit, maior eſt illa, quae in fluidis obtinet. Quo igitur partes, quae ſolidorum inſtar, cohaerere debent, fluidores ſunt, eo diſſicilius definitus iſte cohaefionis gradus im-
petrabitur; tantoque facilius continget, ut nunquam illae par-

tes recte cohaereant. Sed ouulum vtero procul dubio ita adhaerere debet, vt solidae partes solent, notumque est partes solidas eo proprius a fluiditatis statu abesse, quo humidiores sint. Quam obrem fieri aliter non potest, quin nimia vteri humiditas ouuli adhaesione officiat. Praeterea vis, qua ouulum in cohaesionem cum muciferis vteri vasis nititur, non nisi parua esse potest. Impetus igitur humorum ex vteri vasis egredientium, multum vim istam superabit. Nec ideo nexus ouuli cum vtero perfici potest. Sed haec sterilitatis cauſa iterum erit non absoluta.

non curvo cunip. deoq. Clio dura in modo nro. qd. exerez mis illi iudicatu. millo il mni. apud pindosi. amata. notandum. O. iudicatu. illi biv. sordid. un. claus. i. nro. Ex §. §. anteced. ratio intelligitur quare foeminae fluore albo benigno correptae, toties steriles esse deprehendantur?

Nam in eo morbo humiditas nimia obtinet. (§. §. VII. VIII.) Accuratus hanc sterilitatis cauſam proposuit ILL. NIETZKI l. c. §. MLXXVI. Nonne etiam salacitas ideo nimia sterilitatis cauſa existere potest? Salacioribus saltim congeſtiones nimiae humorum versus vterum vaginamque contingunt, vt etiam in fluorem album demum incident (ILLVSTR. NIETZKI §. MLXX.). Conſtare quoque e dictis potest, quam ob cauſam conceptio tempore fluxus mensium numquam facile contingat, et quare femellae frequentioribus et largis vteri haemorrhagiis obnoxiae, steriles plerumque sint?

mi enberg eiusmodi illi entibus evitabili os. jnd. estois. atq. olli mauprum tv. abgnitio emuloq. emperioq. fumidat. cui. Ex. X.

§. X.

Praeter humiditatem vteri nimiam, *laxitas* quoque eius, cohaesione ouuli cum vtero impedire ac sterilitatem inducere valet. Etenim laxitas vasorum congestionibus humorum fauet; laxus itaque vterus iisdem patebit. Sed conges-
tiones humorum versus partem quandam efficere possunt, ut ea nimium humectentur. Laxitas igitur vteri, nimiam in eo humiditatem producere potest, quam diximus causam sterili-
tatis continere (§. §. VII. VIII.). Praeter id laxitas solidorum, ideam iusto minoris solidorum cohaesione inuoluit; quando ideo partes laxiores sunt, tanto difficilius cum aliis concrese-
re possunt. Atqui cohesio ouuli, cum vasis vteri, praegressam esse ponit concretionem villorum ouuli cum vteri vasis. Ergo laxitas vteri non poterit non eam impedire. Quidquid igitur debilitatem vel vniuersalem, vel vteri infert, id causa erit sterilitatis possibilis. Quam ob rem inopia humorum, abortus, morbi acuti praegressi, puerperium laboriosum, fluor albus, coitus frequens, et inumeralia ex pathologia repetenda, foeminam sterilem reddere possunt. Sed debilitas corporis non omnem medelam respuit. Ea igitur sterilitas, quae laxi-
tati vteri debetur, non *absoluta* erit.

§. XI.

Vt nexus ouuli cum vtero legitime fiat: huius vascula aperta esse oportet. Quare fieri potest, ut inopia humorum, reuulsio eorum ab vtero, spasmi hysterici, rigiditas vasorum in vterum patulorum sterilitatem inferant, eandemque

C 3

non

non absolutam, cum praedictae eius caussae, si congrua medela adhibeatur, tolli queant.

§. XII.

Acria arrofionem solidorum producere possunt, docente Pathologia. Liquida igitur acria corporum quae inter se cohaerere oportenter nexus impedire possunt. Quod si igitur liquida foeminae acredine laborent, eademque vel universali vel particulari, relata scilicet ad vterum: cohaesio oualli cum vtero impediri poterit, et sterilitas *non absoluta* oriri. Morbi igitur venerei, scorbutus, cachexia, exulceratio vteri caussae sterilitatis esse possunt.

§. XIII.

Sterilitatem quoque inducit inopia succorum nutrientium (§. I.). Quamvis enim interdum accidat ut vel phthisicae femellae concipient: attamen tunc vel in matre vel in foetu insigniorem imbecillitatis gradum detegere licebit. E quo colligi debet, inopiam bonorum succorum generationis negotio officere posse. Sed his caussis quae inopiam humorum producunt, ex illis iam sufficienter constare poterit, quae in Sect. I. exposita sunt. Elucescit quoque easdem, si generationi considerentur, non absolutas esse sterilitatis caussas.

§. XIV.

Atque haec de sterilitatis caussis non absolutis sufficiant. Non dubito fore strenuos censores, qui iudicent, has il-

illasue subtiliores' sterilitatis causas omissas esse. Sed eas studio praetermissi, in his acquiescens, quae magis sunt apertae. Nec eas perpendere placuit, obscuras saepe, quae sterilitatem fine corporeo vitio induunt. Denique medendi methodum pertractare nolui, siquidem ea satis ex his constare potest, quae Therapia praecipit.

E R R A T A.

Pag. 4. lin. 11. l. *tractione*, pro *tractione*.



VIRO

dela

do-
ter
d fi
yni-
uu-
riri.
teri

en-
nis-
in
E
nis
no-
nae
era-

al
uffi-
has
il-



V I R O
 CLARISSIMO NEC NON EXPERIENTISSIMO
 IOANNI HENRICO ECKHOFF
 DOCTISSIMO, LAVREAQUE CORONA
 DIGNISSIMO CANDIDATO
 AMICO SVO PER QVAM
 D I L E C T O
 A. S. D. P.
 C H R I S T O P H O R V S K N A P E
 WOLLINO — VCAROMARCHICVS.

Nec vñquam, crede mihi, tantam ob amici discessum percepit tristitia,
 quanta iam nunc afficio; nunquam ultimum illud lugubre atriumque Vale tan-
 topere horrii, quantopere, fieri si posset, hodie iam fugere st̄uderem. Graui
 vere peneque intolerabili moerore cruciarer, si nil adhuc restaret, quod illum
 aliqua saltim ex parte tollere valeret. Haud paruum vero tristitiae meae obuenit
 leuamen, si albam splendidamque tanquam vestitam Fortunam, dextram tibi
 porrigentem manū, tēque laurea corona, purpuraque fulgenti dignum re-
 nunciantem, in sanctissimam Aesculapii sedem ducentem, eademque tibi ibidem
 induuentem, viuide animo meo fingens perspicio: indulgeas rogo suauī mihi huic
 phantasiae, eo quae suauior est, quo magis ad veritatem accedit, meritisque tuis
 conuenit. Est quidem adhuc quod mihi demandasti aduersarii munus non omni
 tristi-

ORIV


tristitia destitutum; omnium attamen molestiarum facilior, et haec quoque rite si
 perpendimus auferri poterit. Quid enim suauius? quae laetitia maior esse potest?
 quam mascula solideque certantem amicum, denique triumphantem, omnia
 que honoris insignia optimo iure deportantem videre; sive aduersarii loco vietas
 porrigit manus. Quis nostrum est? qui splendidam TVAM victoriam, nonso-
 lum non ambiguam sed certo iam certius habeat. Quis est? cui assidua TVA di-
 ligentia, solida doctrina, morumque probitas aequa ac elegancia satis non inno-
 tuerint: quid amplius vero verbis? quid virtutum TVARVM praecone opus erit?
 ubi res iam ipsa loquitur. Laudes meritaque TVA magis si effere studerem, illa-
 da sane post Homerum canere viderer. Dudum iam quidem euictum est,
 quod nunquam virtus definat suos ornare cultores: peracta attamen academi-
 ca TVA vita, splendidus nunc denique finis, exoptatissima quam modo con-
 tigisti meta, denuo satis hoc comprobant. Omnium igitur Musarum applau-
 si, ardenterisque meis votis concomitatus, tende ad honoris templum; ma-
 este virtutibus, maeteque solida doctrina, et ea accipe praemia quae viro TVI in-
 dolis iure solummodo meritoque competunt. Hisce vero non contentus esto!
 ex mea enim opinione, tali qualis TV es magnanimo alia adhuc prostant praemia.
 Wade in patriam, succurre venerandae matri TVAE aegrotanti, profliga omnia
 quae eam torquent mala, integrum sanamque illam redde; tunc denique gratae
 illae tanquam lacrymae, a teneri benignoque matris TVAE venerandae animi
 affectu morae, acceptissima maximaque funto TIBI praemia. En carissime
 amice! optimam ex mea sententia omnium laborum TVORVM remunerationem,
 quam TIBI prosperrima cedat fortuna sincerissimo ex pectore opto. Accipe iam
 benevolē summas quas TIBI offero gratias, pro illa integritate summaque sincer-
 itate, quibus arctum illud amicitiae vinculum, quod diu iam nos colligauit, in-
 uiolatam hucusque conseruare voluisti. Vtinam! diutius mihi suauissima TVA

conuersatione frui liceret. Heu vero! inexorabile properansque Fatum iam ~~te~~
sincerrimis meis amplexibus eripit, nullamque spem vñquam ~~te~~ videndi mili
relinquit. Sed quid? — — profligata anteā iam reddit tristitia, verba defunt,
vox faucibus haeret. Vale! vt volo & opto. Nestores per annos in honoratissi-
mae familie ~~T~~ V A E ornamentum aegrorumque solatium vigens floreasque. Uni-
cum adhuc, quod, sincerrimi ~~T~~ V I amici, disiunctissimis etiam si versetur terris,
ne vñquam immemor sis, ~~T~~ V I que persuasum habeas, nunquam fore, ~~te~~ vt
amare dedicas, est ultimum id, quod sumnum ob moerorem, flaccida iam tre-
mulansque manus scribere valet. Vale iterumque vale. Pridie Iduum Maii.
MDCCCLXXIII.



Halle, Diss., 1773-74
X 2309444

Farbkarte #13



DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
CAVSSIS *1773/6*
STERILITATIS NON ABSOLVTIS
IN VTRQVE SEXV



3

QVAM
CONSENSV GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
PRO
G R A D V D O C T O R I S
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS
E T
PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE IMPETRANDIS
D. XV. MAII MDCCLXXIII.
H. L. Q. C
P V B L I C E D E F E N D E T
A V C T O R
IOANNES HENRICVS ECKHOFF
CVRONVS.

HALAE AD SALAM
A E R E H E N D E L I A N O.